



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Ethica Guilielmi Adolphi Scribonii, Ex Aristotele Et Aliis
summis philosophis repetita**

Scribonius, Wilhelm Adolf

Hanoviae, 1593

VD16 S 5114

9 Quid Bonitas.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56572](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-56572)

CAP. IX.

De bonitate.

Bonitas, est justitia officii sui debitas partes præstans.

Sic Tyberius Cæsar cùm ab amicis admonitus esset, ut provincialibus augeter vectigalia, id facere recusavit, & rescripsit: Boni pastoris esse tondere pecus, & non deglubere. rectè enim dicitur, quòd princeps bonus nihil à bono patrefamilias differat.

CAP. X.

De Benevolentia.

Benevolentia, est justitia alterum affectu benevolo prosequens.

Exemplis Benevolentia cõmunis hominũ vita numquã caruit, quæ cùm plurima in sacra scriptura passim occurrant, illud in primis notabile est, quod Apostolus Paulus de Galatis testatur inquit: Scio vos, si fieri potuisset vestros oculos effossuros & mihi duros esse.

*Ad Galat.
cap. 4.*

CAP. XI.

De Beneficentia.

Beneficentia, est justitia alterum ope & opera juvans.

Beneficentia nobis commèdatur exemplo Petri qui claudio dixit, Nec argentum nec aurũ mihi est: sed quod habeo hoc do tibi: In nomine Iesu Christi Nazareni surge & ambula.

Act. 3. cap.